Nobili Joanni Sekerbicz Generosi Pauli Sekerbicz Decretorum nostrorum
Notarij filio nihil iuris amplius in eisdem bonis sibi reservando sed
illud totum in personam eiusdem Joannis transfundendi. Quam cessio-
nem nos ratam habentes eadem bona Szelisko Metne dicta cum omni-
bus attinen. ita prout eadem bona dictus olim Joannes Szecinskij
possidebat in usum Advitalitium eidem Joanni Sekerbicz propter
merita patris ipsius contulimus conferimusque per praesentes Pro-
mittentes verbo nostro Regio pro nobis et Serenissimis Successoribus
nostris quod eundem Joannem Sekerbicz donec vixerit possessione
eorundem bonorum non privabimus neque Serenissimi Successores
nostri privabunt sed eum in pacifica possessione eorundem bonorum ad
extrema (uti promissum est) vitae ipsius tempora conservabimus
et Serenissimi Successores nostri conservabunt. In cuius rei etc.

Donatio perpetua

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quod posteaquam Serenissima princeps Domina Anna Dei gratia
Regina Poloniae matertera nostra charissima certam Curiam angu-
larem cum horto in Suburbio Warsovien. ante portam Bernardinorum
sitam penes domum et hortum Zabłociorum iacen. per Serenissimum
olim Sigismundum Augustum regem antecessorem et avunculum no-
strum desideratissimum iure hereditario emptionis in propriam su-
am personam a Generoso Bartholomeo Zielenskij Capitaneo Ste-
zicen. aquisitam et eandem ad heredes suos legitimos transmissam
Magco Leoni Sapieha Magni Ducatus Lituaniae supremo cancellario
eiusque Successoribus Illmis donasset atque eiusdem Magnifici Can-
cellarij in nos Remque publicam merita talia multaque sint ut illi merito
ex omni occasione gratiam nostram declarandam esse existimavimus
Proinde nos quoque concessionem et donationem praedictam Serenissimae
Dominae materterae nostrae per omnia in omnibus punctis clausulis
et articulis confirman. approban. ratamque haben. esse insuper ius
nostrum hereditarium quodcunque ad eandem curiam et hortum pri-
mum Serenissimae olim Dominae Catherinae Reginae Sueciae genitrici nostrae
desideratissimae, et tandem iure repraesentationis nobis ex legitima
hereditariaque successione competebat et iure competere potuit in
eundem Magcum Leonem Sapieha Magni Lithuaniae Ducatus
cancellarium eiusque heredes et successores legitimos libenter perpe-
tuo et irrevocabilis donationis titulo transferimus eidemque illud
damus donamus, omnique modo via et stylo et forma quibus suis
fieri de iure melius pot. ac debet resignamus. Nihil nobis Successoribusque

et haeredibus nostris in eadem curia et horto iuris dominij proprie-
tatisq reservando sed illud totum in eundem Magcum Cancellarium
eiusq successores transfundendo, ad tenen, haben, possiden, utifru-
en, dan, donan, venden, permutan, alienan, obligan, et in quosvis
usus suos suorumq successorum convertenn temporibus perpetuis.

Libertatio ab officio

Sigismundus etc Serenis etc

Quia nos comendatum habentes Nobilem et Famatum Mel-
chiorem Hesler Scabinum Crac. tum vero eius aetati laboribus
assiduis et curis non minus publicis, quam privatis exhaustae
et provectae consulere volen eum hac nostra prerogativa muniendum
esse existimavimus, munimusq ut sive is in Sede Scabinali in qua
ad praesens residet Regius permanserit, sive eam deperveniente
nova Scabinorum electione deseruerit nulla munia vel officia civi-
tatis nostrae Crac. tam consulatum post quam Scabinatum invi-
tus subire et suscipere teneatur, a quibus omnibus ipsum ex gratia
et munificentia nostra perpetuo absolvimus et liberamus. Quare
Illri et Magco Nicolao Firley Palatino Crac. moderno aliisq pro
tempore existen Palatinis Crac. necnon Spctbus Proconsuli et
consib. civitatis Crac. nunc et pro tempore existen mandamus ne eun-
dem Melchiorem Hesler ad ulla officia civitatis invitum eligant
vel cogant, sed eum quandoquidem ita vult sic privatum civem
donec vixerit esse sinant. Quorum intst etc

Mandatum poenale.

Sigismundus etc

Famatis Proconsuli et consib. Advocato et Scabinis Ci-
vitatis nostrae Leopolien Fid. nobis dilectis gratiam nram. Gre-
giam Famati Fid. nobis dilecti, non sine gravi querella ex-
positum nobis est nomine et ex parte Famati Joan. Wrigeht
Angli civis Leopolien, quod is ex eo quod illi cum Generoso
Constantino Corniacto occasione certorum contractuum interce-
dit dum eidem Constantino pro panno quod illi ex contractu
debebat alias merces et bona subsidio iuris Saxonici offert
atq decreto Fid. vrarum eo nomine lato ad nos provocat et
apellatio denegata, et ille a biennio fere detentus et carceribus